que exigen los sagrados Cánones, y en su conformidad, las siguientes reglas.

Art. 2.º La renta anual, en que debe consistir dicho patrimonio, será la que prefijan *las respectivas sinodales,* no bajando de 100 ducados en ninguna diócesis.

Art. 3.º Se constituirá la expresada renta en *censos, fincas,* ó efectos públicos de la deuda consolidada.

Art. 4.º En los expedientes respectivos se acreditará la pertenencia de los bienes, y que dicha renta no perjudica á la legítima de los hijos del que constituye patrimonio.

Art. 5.º El que intente ordenarse á titulo de patrimonio justificará en el mismo expediente, estar matriculado en cualquiera de las asignaturas de la carrera Eclesiástica en universidad ó en seminario, en clase de alumno interno ó externo, y tener la edad y cualidades prescritas por los sagrados cánones.

Art. 6.º A todo el que se le ordene á título de patrimonio, *se le adscribirá* precisamente á una parroquia para prestar servicio en ella bajo la dependencia del párroco, y se obligará además el interesado á prestar su auxilio en donde el diocesano lo estime conveniente, por exigirlo así la necesidad ó el bien de la Iglesia.» (R. Decret. 30 Abril de 1852).

In praesenti constituitur, teste Jaso, patrimonium etiam in effectibus *publici debiti,* praesertim illius, quod vulgo dicitur «*Deuda perpetua del 4 por 100 interior.*»

C) de titulo paupertatis

Titulus Paupertatis á S. Pio V institutus, «in religiosa professione est positus, vi cujus, qui solemnia vota in probata Religione emiserunt, vel ex reditibus bonorum, si

quae ipsamet Religio possideat, vel ex piis fidelium largitionibus, omnia communia habent, quorum ad vitam alendam indigent». (Ita ex Instruct. S. C. de Propag. Fide, 17 Aprilis 1871). Religiosi autem non possunt hoc titulo ordinari, nisi vota perpetua emiserint.

Según el P. Morán, «los novicios no se pueden ordenar (aun cuando la Orden, á que pertenezcan, lo permita); y San Pío V, en la Constitución 75, que comienza «Romanus», lo prohibió tan severamente, que impuso pena de suspensión al novicio, que recibiese órdenes mayores sin patrimonio; y Pío IX prohibió que los religiosos de profesión simple recibiesen órdenes mayores (et decr. Leonis XIII, 1892) secluso privilegio Apostólico.

D) de aliis titulis ordinationis

Praeter titulos prius laudatos, alii passim admittuntur *ex indulto Pontificio,* praesertim in regionibus, ubi nulla aut solum modica exsistunt beneficia, vel ubi lex civilis obstat quominus sacra patrimonia constituantur.

Hujusmodi sunt:

1.º Titulus *servitii Ecclesiae.*—Hic titulus *olim ordinarius* erat, nunc autem *extraordinarius,* et solum ex *indulto apostolico,* ob hunc titulum, potest deservire ordinandus, et ea conditioni conceditur, ut ordinandi, alicui Ecclesiae, ex cujus servitio sustentari possint, *in perpetuum,* mancipentur.

Dicimus in perpetuum: quia, *nunquam* ab illa Ecclesia amoveri possunt; sed *nec ipsi* possunt ab ea recedere, nisi aliter eis provisum fuerit (Inst. S. C. de Prop. Fide 17 April. 1871, num. 5).

2.º Titulus *mensae communis:* qui concedi solet clericis in communi vitae disciplina degentibus, etsi simplicia

solum vota vel etiam nulla emittant. Hoc *privilegio* frui possunt ii tantum alumni qui proprio instituto *stabiliter* aggregati fuerint. (Decret. *Auctis admodum* S. C. Ep. et Reg.; et «Anal. eccles.» I pag. 10).

3.° Titulus *collegii, seminarii* etc.—Quinimo, in Germania, permittente vel tolerante S. Sede, admittitur titulus *mensae*, id est, promissio pensionis ordinatis solvendae, si ob senium vel aegritudinem inhabiles efficerentur ad obeunda munera sacra. (Grandclaude, Jus Canoc. lib. 1, tit. XI sect. 5, p. 2).

4.° Titulus *missionis*. Hic titulus conceditur alumnis Congregationis de Propaganda Fide et aliis, qui apostolicis missionibus sese devovent. Requiritur *Indultum Apostolicum*; conceditur autem eo pacto, ut ordinandi promittant *cum juramento* fore ut missionibus, quibus jam destinati sunt vel postea destinabuntur, suam operam impendant. (Cfr. Konings, n.° 1522, et S. Cong. de tit. ordinat 17 vel 27 April. 1871).

Nota bene. Notentur, pro praxi, sequentia:—1.° Peccatum «grave est, nisi dispensatio a S. Sede obitneatur, *ordinare*, vel ordinari absque titulo, vel cum titulo falso (i. e. qui non exstat); vel, si de patrimonio res est, cum titulo ficto seu fiduciario, vel nullo, vel injusto, vel restitutioni aut resolutioni obnoxio. (D' Annibale, *in Comment. Const.* Apostol. Sedis, edit. 3.ª n.° 183). 2.° Qui, titulo *paupertatis* vel *mensae communis* ordinati, proprium dein deserunt institutum, suspensioni ab exercitio susceptorum ordinum subjacent, *donec de ecclesiastico patrimonio* sibi providerint. (Ex susp. V. Apost. Sedis; ex Decreto S. C. Conc. 21 Sept. 1624, probante Urbano VIII; ex Decreto «Auctis admodum» S. C. Ep. et Reg. et expresso mandato Leonis XIII, 4 Nov. 1892; ex resp. S. Cong. Ep. et Reg. 20 Nov, 1895; et ex Analectis Eccles. vol. I. pag. 10; Conf. S. Lig. lib. VII, n.° 68).

5.° Et alii etiam tituli recensentur pro veritate locorum, pro quo videnda sunt ea, quae in Concilis Provincialibus sunt decreta; nam sicuti in regionibus praesertim Sac. Cong. de Propaganda Fide subjectis, veluti in Anglia, Hibernia, America Septentrionali, vices tituli ordinationis subiit titulus *missionis*, sic aliis in nationibus. (Col. Sac. vol. 3.° fol. 152, 153, 385, 964).

In Germania titulis *mensae*, ut diximus, praevaluit, qui consistit, (juxta col. Sac. vol. 5, fol. 156) in assecurata promissione tertiae personae sive publicae, sive privatae, sive ecclesiasticae, sive laicae, clerico ad sacros ordines promoto certa sustentatione honesta tunc praestandi, cum ad ecclesiastica officia obeunda *ordinarie* et *citra culpam* inhabilis factus sit.

In Gallia titulus *obedientiae*, sive promissionis servitii Dioecesanae; In Republica Mexicana titulus *administrationis*; In Hungria titulus servitii Dioecesanae; et in Hispania habent nonnulli episcopi, cum quadam limitatione, facultatem ordinandi titulo *servitii Ecclesiae*.

Quaeres. ¿Puede uno ordenarse *titulo industriae* propriae, v. g. un pintor, un maestro de escuela, un escritor etc.? Algunos dijeron que era título suficiente. En el día no se puede sostener esta opinión, porque, como dice Benedicto XIV, la Sag. Cong. del Concilio declaró que eso no era título legítimo; y con razón, porque la *propia industria personal* puede desaparecer fácilmente por una enfermedad ó por otra causa; y el *titulo* no debe fundar en esperanzas sino en realidades: «ut in re, non in spe constituatur», que dice Benedicto XIV. (Véase «Acta Sanctae Sedis, tom. 5, pág. 113).

VI

DE HIS QUAE SPECTANT AD MODUM ORDINATIONIS

Leges, quae respiciunt ipsam ordinationem *in genere*, sunt sequentes: 1.ª Ut ordinatio fiat legitimo ordine, i. e. ut non conferantur *per saltum* ordinationes, de quo supra jam agimus, 2.ª *legitimo loco* debet fieri ordinatio: locus au-

tem diversus pro diversis ordinibus. In primis unusquisque Episcopus in propria dioecesi ordines conferre debet; si enim in aliena idem peragere velit, consensu Ordinarii loci indiget, imo, secus, suspensionem ab exercitio Pontificalium incurrit ordinans, et ordinatus ab exercitio... suscepti ordinis (ex Trid. sess. 6, cap. 5 de Ref.) Excipe tamen primam tonsuram, cum haec sine Pontificalibus conferatur (Exam. ord. n.º 43.)

Pro prima *tonsura* quilibet locus sufficiens est, modo sit honestus, *etiam* pro *minoribus ordinibus*, si conferantur *extra ordinationem generalem et paucorum*, ut declaravit S. C. C. 20 Nov. 1592 (Cfr. Lucidi, cap. 2, n.º 127); *decet* vero ut ordines minores intra Missam conferantur, ac proinde in *loco*, ubi Missa celebrari possit.

Majores antem ordines, si in Urbe Episcopali conferantur, et per modum ordinationis generalis, conferri *vult* Tridentinum (sess. XXIII, cap. VIII) in ipsa Cathedrali Ecclesia, adstantibus canonicis; si extra Urbem, vult etiam Tridentinum (loc. cit), ut in Ecclesia illius loci *digniori* conferantur.

3.ª Legitimo tempore: ut ordines conferantur *diebus jure asignatis.*

Jam vero, jure ordinario, potest *prima tonsura qualibet die*, loco, tempore, horaque conferri. (Ex Pontific. Romano.)

Ordines *minores*, si conferantur *aliquibus duntaxat clericis et non per modum generalis ordinationis*, possunt conferri singulis *diebus festivis* de praecepto (Ex Pontif. Romano; et ex cap. *De eo*, De temp. ordin. «Licitum est episcopis dominicis et aliis festivis diebus unum aut duos ad minores ordines promovere»). Constat etiam ex S. C. Rit. 16 de Mart. 1833, (Gardellini, n.º 4708).

Según el P. Morán, Silvestre, San Antonino, Inocencio IV, Renzi, los Salmanticenses, S. Ligorio (lib. 6, núm. 794) Scavini (edición de 1874, tom. 3.º núm. 565) y la opinión comunísima es que aquellas palabras de Alejandro III, que autorizan á los obispos para conferir los órdenes

menores» *á uno ó dos*, «no se han de entender *taxative*, sed *exemplative*; esto es, que no hay inconveniente en que se dé á *mayor* número, *con tal que no parezca que se hace* una *ordenación general.* Así es que la glosa, explicando aquellas palabras de Alejandro III que autorizan á los obispos para conferir los órdenes menores *á uno ó dos*, *unum aut duos*, dice así: «Nunquid plures? Utique, dummodo non videatur generalis ordinatio». Ita etiam O' CALLAGHAN, vol. 1, pag. 63. Quod antem etiam possint conferri *ordines minores diebus* de praecepto supressis (etiam in favorem fidelium abrogatis), *modo sint matutino tempore*, constat ex declaratione S. C. Rit. 16 Mart. 1833; et 12 Nov. 1831; et Pontif. Rom. de ord. conf.

Minores Ordines per modum generalis ordinationis licite conferri non possunt nisi in Sabbatis quatuor Temporum, Sabbato Sancto et Sabbato ante Dominicam Passionis.

Ex consuetudine sat generaliter recepta conferri possunt *minores* ordines per *modum* generalis ordinationis feria IV aut VI quatuor Temporum etiam vespere, sed *expedit* consuetudinem illam derelinquere (Ferraris, v. ordo, art. 2! núm. 7.)

ORDINES MAJORES conferri licite nequeunt nisi in Sabbato quatuor Temporum, Sabbato ante Dominicam Passionis et Sabbato Sancto. (Cap. De eo, III, tit. XI, I Decret et ex can. «Ordinationes» Decreti, 7, dist. 75.)

Dicitur *liciter*, quia semper valida foret collatio quolibet alio tempore facta.

Proeterea *majores ordines* conferre nequit Episcopus nisi intra Missam ab ipso celebratam (Innocent. III, cap. Quod sicut, par. 1, de Elect; et Bened. XIV de Synod, lib. 8 cap. 11, n.º 5 et 7.)

Consecratio Episcopi fit quovis omni tempore, die tamen *Dominico*, vel die natalitio Apostolorum. (Sig. lib. VI, 794.)

Haec omnia de Jure Communi.

a) Quaeres: ¿Tienen privilegio los regulares para poder

ser ordenados extra tempora? Vide Morán, Ord. Praed. núm. 2629.

b) *Nota bene.* Ex speciali privilegio vel indulto, etiam (episcopi vel missionarii et quaedam instituta gaudent) ordines sacri posunt conferri *extra tempora* in diebus dominicis, et in festis de praecepto etiam abrogatis (Sig. VI, 797, dub. 3 et 4; de Priv. 115 et 116), modo dies sint interpolati seu non continui, ut pluries á SS. Congregationibus declaratum est (Cfr. Lucidi, cap. 1, núm. 113-124; Gardellini, núm. 4751, 2.º)

4.ª Ut per *interstitia* temporum statuta ordinationes suscipiantur.

Quid sunt interstitia? «Ea temporis intervalla, quae inter unum et alium ordinem excurrere debent».

El ilustre dominico P. Morán dice que «los intersticios han sido puestos sabiamente por la Iglesia para que los ordenandos *ejerciten* el orden recibido, se *aficionen* á los oficios de la Iglesia, rectifiquen y *prueben* su vocación, *adelanten* en la ciencia y en la virtud, para que á su tiempo puedan recibir y desempeñar los altísimos ministerios del Sacerdocio; ó como dice el Concilio de Sárdica, entre cada uno de los órdenes se exige «non minimi temporis longitudinem, per quod et fides, et morum probitas, et constantia, et moderatio possit dignosci». Antiguamente, como dice el eruditísimo Berti (De Theologicis Disciplinis tom. 3, lib. 36, cap. 19), según se infiere de una carta del Papa Siricio dirigida al obispo de Tarragona Himerio, (cap. 9 et 10), se ordenaba que los que habían recibido el lectorado antes de la pubertad, permaneciesen en el oficio de acólitos y subdiáconos hasta los treinta años de edad; y que, recibiendo entonces el diaconado, hasta cinco años después no pudiesen recibir el sacerdocio; pero en el día debemos atenernos á lo prescrito por el Tridentino.

Notanda sunt sequentia.

a) Episcopus potest, cum sibi libuerit primam tonsuram conferre cum aliquo ordine minori: quia prima tonsura non est ordo.

b) Inter *ordines minores* ALIQUOD quidem intervallum requiritur; sed quantum esse debeat, non determinavit Tridentinum, imo dicit: «nisi aliud Episcopo videatur»; unde *passim* obtinuit usus quatuor simul conferendi minores ordines *absque ullo interstitio.*

La costumbre general, dice Billuart, es «ut tonsura et minores ordines simul et eodem die conferantur, et subdiaconatus post unum vel alterum diem»; y, continúa el P. Morán, realmente así se hace en España, al menos en algunas diócesis; pues, en la tarde del viernes de las Témporas se dan los cuatro órdenes menores, y en el sábado siguiente el subdiaconado, con tal que «*necessitas aut Ecclesiae utilitas*, judicio Episcopi, *ita exposcat*» dice et Tridentino. (Ita etiam O' Callaghan, tom. I, pág. 63, tit. XI.)

Nota bene: Se prohibe bajo pecado mortal recibir *en un mismo día* los cuatro órdenes menores y el subdiaconado (no interviniendo dispensa pontificia); y el que tal hiciese, quedaría irregular para recibir otros órdenes según consta por decreto de la S. Congregación del Concilio de 21 de Febrero de 1728, y Benedicto XIV, en la Notificación 16.

Ut a minoribus ordinibus ad subdiaconatum quis ascendat, requiritur *spatium* unius anni. (Sess. 23, cap. 11 de Ref.) Sufficit annus ecclesiasticus, ex. g. á Pentecoste ad Pentecostem.

El que, sin dispensa, no observa los intesticios, peca mortalmente; é incurre en irregularidad, si recibe en un un mismo día dos *órdenes sagrados* (cap. Litteris, de temp. ordin.)

El obispo, ob Ecclesiae, cui adscriptus est futurus subdiaconus, necessitatem aut utilitatem (judicio Episcopi) puede dispensar del intersticio de ese año. (sess. XXIII, cap. XI, ubi legitur: «Hi vero non, nisi post annum a susceptione postremi gradus minorum ordinum ad *Sacras*

Ordines promoveantur; *nisi necessitas*, aut *Ecclesiae utilitas*, *judicio Episcopi*, aliud exposcat.»

d) Inter subdiaconatum et diaconatum requiritur similiter *spatium unius anni;* sed excusat quaecumque rationabilis causa, juxta judicium episcopi. (Conc. Trid. sess. XXIII, cap. 13 de Ref. ubi legitur: «Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad altiorem gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.»

Demum inter diaconatum et presbyteratum annus pariter interponendus est. (Ex Tridentino. sess. XXIII; cap. 14, de Ref., ubi legitur: «in diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiae utilitatem ac necessitatem, aliud Episcopo videretur ministraveriunt.»

(Idem constat ex cap. XI et cap. XIII sess. XXIII, Conc. Trident).

S. Ligorio (lib. 6, núm. 795) dice que de las anteriores palabras del Tridentino se infiere que el Obispo no puede dispensar el año de intersticios, á no ser que *intervengan y coincidan reunidas* la utilidad y la necesidad para que el diácono se ordene de sacerdote; pero Scavini (tom. 3, número 564, edic. de 1874) dice que la Sagrada Congregación del Concilio declaró que las anteriores palabras del Tridentino se han de entender *disyuntivamente;* de modo que *la sola* utilidad, con tal que sea *notable* y cierta, basta para que el obispo dispense del año de intersticios entre el diaconado y el sacerdocio: «In stylo enim, (son palabras de Scavini) maxime antiqui temporis, particulae «*vel, et* ac» adhibebantur tamquam synonimae, ut videri potest apud Ducange in ejus celebre Glossario.

f) Quoad Episcopatum requirit Tridentinum, juxta Scavini et P. Moran, ut consecrandus Episcopus in *sacro ordine antea* sex mensibus sit saltem constitutus.»

Quaeritur: ¿quis potest ab interstitiis dispensare et qua de causa?

1.ª Potest imprimis Episcopus proprius dispensare.

Etiam Vicarius Capitularis potest *pro arctatis* infra annum á Sedis Episcopalis vacatione; pro non arctatis videtur tantum posse dispensari ab interstitiis post annum Vicarius Generalis; potest etiam dispensari a Vicario Generali ex mandato generali, quin indigeat speciali.

2.º ¿Quoenam sint causae dispensationis ab interstitiis? Si agatur de dispensatione ab interstitiis pro minoribus ordinibus, non ést Jure determinatum: sufficit *levis* etiam causa ut Episcopus in his dispensare possit; imo etiam legitima est consuetudo generaliter invecta, ut quatuor ordines minores *eodem* die conferantur, ut supra dictum est.

Ad dispensandum vero ab interstitio inter postremum ordinem minorem et subdiaconatum, Concil. Tridentinum (sess. XXIII, cap. 11, dicit DISJUNCTIM requiri necessitatem *aut* utilitatem Ecclesiae: ait enim «nisi necessitas *aut* utilitas Ecclesiae, judicio Episcopi, aliud exposcat.»

Quoad dispensationem vero ab interstitiis inter diaconatum et proesbyteratum, dicit Tridentinum COPULATIVE, utilitas ac necessitas Ecclesiae nisi ob Ecclesiae..., *utilitatem ac* necessitatem aliud Episcopo videretur.» Tamen, ut supra jam monuimus, ex quadam declaratione S. Congr. Concilii constat aperte unam sufficere vel alteram.

Necessitas Ecclesiae tunc adesse censetur ad dispensandum ab interstitiis, quando deest sufficiens proesbyterorum numerus.

Utilitas vero est quando presbyteri jam ordinati, etsi numero sufficientes, parum tamem idonei sunt; quandoque agitur de promovendo viro proestantis doctrinae et maturae aetatis, et quando quis consequutus est beneficium, quo adigitur ad suscipiendum *infra amnum* ordinem sacrum aut etiam presbyteratum.

(Ex praeclaro Doct. Prospero Lambertini, Just. Eccles. 38).

Ad dispensandum vero ab interstitiis inter subdiacona-

tum et diaconatum, non requiritur causa *adeo gravis*, quia Conc. Trid. dicit: «nisi aliud Episcopo videatur.

N. B. Quamvis dispensentur interstitia ab eo qui habet potestatem, tamen non possunt conferri DUO ORDINES SACRI MAJORES eodem die, neque in duobus diebus continuis, etiam continuato jejunio (ex cap. 13, Tit. XI).

Neque etiam possunt conferri ordines minores et subdiaconatus, nisi adsit consuetudo, quam probare incumbit Episcopo (Ferraris, v. ordo, art. 2, número 17).

Quae spectant ad Regulares, vide P. Morán, número 2615. vol. 2.

5.º *Ut Eucharistiam* suscipiant ordinandi promovendi ad liquem sacrum ordinem. (Ex Pontificali Romano). Hoec tamen proescriptio non obligat sub gravi nisi solos sacerdotes, qui cum Episcopo concelebrant. Promoti vero ad ordines minores, juxta Marc, nulla lege communionem recipere tenentur (Lib. VI, núm. 801, S. Ligorii). (Quoad presbyteros *necoordinatus*, vide Pont. Rom. S. C. Rit. 20. Sess: 1749 et 12 Nov. 1831, etc).

6.º Exercitia spiritualia peragere debent ordinandi. El P. Morán dice: «aunque Inocencio XII, respecto de Italia, mandó que se hiciesen ejercicios por diez días, aun para los órdenes menores, ordinariamente no se hacen sino para los *mayores órdenes*, al menos en España. Así lo declaró la Sag. Cong. de Ob. y Reg. en 9 de Octubre de 1682 y lo confirmó después Clemente XI, en 1710. Los Obispos no han de dispensar los ejercicios espirituales á los ordenandos de órdenes mayores, pues es necesario se examine bien el ordenando y vea qué espíritu le conduce al Sacerdocio y rectifique su vocación, etc.

Nota bene: Cuando el Obispo rehuse dar órdenes á alguno que las pretende, ó no quiere ascender á orden mayor á uno, que ya es subdiácono ó diácono, *no está* obligado á manifestar la causa, porque lo hace, ni el así rechazado puede interponer apelación alguna: no le resta otro medio que elevar sus quejas á la Silla Apostólica. Así lo declaró

la Sagrada Congregación del Concilio in Remensi, die 21 Aprilis, 1668.

Y según Ferraris, «si ordinatus a Papa fuerit, etiam honoris causa, *sine licentia Papae* non potest ab inferiori ad superiores ordines promoveri. Etiam notari debet ordinatum a Papa non esse a jurisdictione sui Episcopi exemptum.

VII

De iis, qui ordinari non possunt.

Juxta Monacelli (Formularium Legale Practicum, De Collat. ord. formul. 1.ª) et ex Petro Avancini in Comm. «Apostol. Sed.»

promoveri non possunt:

Non baptizati; (cap. veniens, de presbyt. non baptiz.)

Illegitimi; (Can. «Presbyt.», 56 dist.)

Minores natu: (Can. «Qui in aliquo», 51 dist.)

Non confirmati; (Conc. Trid. sess. 23, cap. 4, de Ref.)

Neophiti; (dicto canone: «Qui in aliquo» can. «Quoniam», 48 dist.)

Uxorati; (Extrav. Joann. XXII, «Antiquae»).

Bigami; (Can. «Si quis», 33 dist; et tot. tit. «De bigam. non ordinandis»).

Criminosi; (Can. «Laici», dist. 33; et Conc. Trid. sess. 14, cap. 7, de Ref.).

Infames; (Can. «Infames», 6, q. 1.ª).

Publicis rationibus impliciti; (Can. «Legem», 53 dist.).

Servi; (Can. «de servorum, de servis non ordin).

Eunuchi; (Can. «Si quis», 55 dis.).

Corpore vitati; (Can. Illiteratos, 36 dist.).

Insigniter deformes; (Can. fin. 51 dist.).

Amentes et furiosi; (dict. can. «Qui in aliquo».)

Energumeni; (Can. «Communiter» 33 dist.).

Peregrini et ignoti; (dict. can. «Qui in aliquo»).

Ebrietati et gulae dediti; (cap. 23, «De vita et honestate clericorum»).

Usurarii manifesti; (cap. «Episcopus», 47 dist.).
Rudes et ignari; (Conc. Trid. sess. 23, per tot.).
Irregulares; (cap. saepe, De temp. ordin. in 6).
Suspensi.
Interdicti.
Excommunicati.
Morbo comitiali laborantes.
Lanii, cauponae, mimi, histriones.

Qui saeva exercuit, vel denuntiavit, secuta poena vel mutilatione; (can. «Communiter»; can. Clerici, dist. 23; cap. unic. «De vita et honestat. cleric.» ín 6; Clement. I, eodem tit.; canone, «His quibus»; 23 q. 8, cap. «Sententia sanguinis», «ne clericorum» vel monachorum., cap. «Ex litteris, De excessu parelat.», etc. etc. etc.)

VIII

POENAE CONTRA MALE ORDINATOS

a) Clericus qui scienter ante legitimam aetatem sacros ordines suscepit, erat olim ipso facto suspensus: sed, cum hujusmodí suspensio non sit innovata in Const. «Apostol. Sedis», videtur esse abrogata.

b) Clericus scienter ad sacros ordines promotus extra Tempora sine dispensatione aut privilegio, erat olim ipso facto suspensus; sed, cum neque hujusmodi censura innovata sit in Const. «Apostol. Sedis» videtur etia, mabrogata.

c) Qui duos ordines sacros eodem die vel duobus diebus continuis, etiam continuato jejunio suscipit, erat suspensus, juxta quosdam DD., ab ultimo ordine suscepto: juxta alios ab utroque; sed, cum hujusmodi censura, non sit innovata in const. «Apostol. Sedis», videtur etiam abrogata.

Quae hodie sunt, absque dubio, vigentes, hae recensentur:

1.ª Ordinati vel ad primam tonsuram promoti ab Episcopo titulari, etiam sub proetextu familiaritatis continuae, absque sui proprii Episcopi consensu expresso, ab exequutione ordinum sic susceptorum, donec suo Praelato visum fuerit, ipso jure sint suspensi. (Trid. sess. XXIV, cap. 2). Vide etiam O' Callaghan, t. 1, pág. 67-68.

2.ª Ordinati ab Episcopo alieno sine litteris testimonialibus sui Ordinarii, a susceptorum ordinum exequutione suspendantur, quamdiu proprio Ordinario expedire videatur. (Conc. Trid. sess. XXIII, cap. 8. de Ref).

3.ª Ordinati ab Episcopo proprio, sed in alterius dioecesi, absque Ordinarii loci expressa licentia, ab exequutíone ordinum sint ipso jure suspensi. (Conc. Trid. sess. VI, cap. 5, de Ref.)

4.ª Ordinati in majoribus cum litteris testimonialibus a capitulo vel Vicario Capitulari concessis, sede vacánte, intra annum a die vacationis, nisi arctati fuerint, contra statutum in Jure, ab exequutione ordinum, ad beneplacitum futuri Praelati, sint ipso jure suspensi. (Conc. Trid. sess. VII, cap. 10 de Ref). Item ordinati in minoribus, ut antea, nullo privilegio clericali, praesertim in criminalibus, gaudeant. (Conc. Trid. loc. cit).

5.ª Ordinati *per saltum* careant exercitio ordinis suscepti, et si ministraverint in tali ordine, a Papa tántum dispensantur; si vero non ministraverint, ab Epíscopo dispensari possunt. (Conc. Trid. sess. XX, cap. 14 de Ref). Et etiam constat ex cap. unic. «De clerico per saltum promoto.»

6.ª Ordinati mala fide ab Episcopo nominatim excommunicato, suspenso vel interdicto vel ab haeretico et schismatico notorio, suspensionem ab ordine suscepto ipso jure incurrunt; qui vero bona fide a quopiam eorum est ordinatus, suspenditur ab exercitio ordinis sic suscepti, donec dispensetur. (Ex susp. 6.ª «Apost. Sedis).» *Nota bene:* Dispensare autem in hoc postremo casu Episcopus potest.

7.ª Clerici saeculares *exteri,* ultra quatuor menses in Urbe commorantes, Ordinati ab alio quam ab ipso suo Ordinario, absque licentia Cardinalis Vicarii, vel absque prae-